

Consilium Criminale  
D. BRVNORI A SOLE  
I. C. VENETI.

COMPLECTENS VNIVERSAM FERE  
materiam quę frequentiori usu circa crimina in fero  
quotidie practicatur, ad iudicium iniquitatem  
detegendam, & oppressorum inno-  
centiam protegendam.

C V M S V M M A R I I S.

*Priuilegio Serenissimi D. V. ad annos X.  
munitum exit.*

Num. 48. cap. . 8. num. 40.



VENETIIS, IMPENSIS AVTHORIS.  
APVD FRANCISCVM ZILETVM  
Anno a Dominica Incarnatione. M. D. LXXIII.

Coll. Soc. L. S. Salm. ex dono Regiam.

REVERENDISSIMO  
IN CHRISTO PATRI  
D. DONATO STAMPAE

Dignissimo Episcopo Nepesino, & Sutriño,  
Domino suo colendissimo.

BRVNORVS SOL I. C. VENETVS.

S. P. D.



VM Post diuturnum tempus  
decem annorum, quo uolens, iu-  
stis rationibus motus, tacui, de-  
creuerim iam, rupto silētio, om-  
nibus iudicij in hac causa nouam  
formam manifestare, consilium  
hoc meum promulgare statui, et  
ut michi satisfacerem, & multis hoc à me postulanti-  
bus morem gererem, alijsque id mādantibus parerem,  
Dum uero cogitarem cui illud, ut omnium scribentium  
moris est, dicarem, aliquantulum subsiti, occurrebat  
summus Pontifex, caput omnium, Dei opt. Max. Vi-  
cesgerens, ut pote ille apud quem omnis in omnibus &  
circa omnia potestas residet, & ad quem omnes iniuriā  
passi configere debent, si cui alii principi collegio, uel uni  
uersitati id dicare possem, considerauī, Demum & am-  
bitionem fugiens, quam semper abhorriū, & celeri edi-



N anno 1563. vii. Decembris. De man-  
dato Reuerendi Parris. D. Alexandri  
pallantherij tunc Gubernatoris urbis  
Romæ, subscripto à Magnifico D.  
Francisco cultello tunc procuratore  
fiscali ad simplicem delationem Ioan-  
nis Vincentij neapolitani, Roberti, & Didaci hiberno-  
rum exploratorum, circa tertiam hora noctis à Flami-  
nio corso probaricello urbis cum multis alijs biruarijs  
capti & carcerati fuerunt pro crimine hæresis quidam  
Thomas sachfil anglus, Ioannes treuer anglus, & Iaco-  
bus bardent gallus famuli ipsius Thomæ, in hospitio  
Catherinæ Flandræ locandariæ camerarum, ubi tunc  
hospitabantur, & in eorum bonis confectum fuit inuen-  
tarium à notario iuxta stillum, & de mandato ut supra,  
cum assistentia. & interuentu Domini. B. Iur. Vtr. doct.  
tunc profiscalis. Qui Angli à die supradicta usque ad.  
19. eiusdem mensis carcerati diuersis uicibus examina-  
ti fuerūt, Qua die xix. D. B. suprad. sequestratus fuit sub  
prætextu quod de bonis prædictis deficeret crumena  
cum quingentis coronis gallicis, quam dictus Thomas  
dicebat reposuisse in quadam sua ualifia inter quosdā  
libros musicales. Pro qua causa ipse D. B. post multa  
fuit tortus, per torturam confessus, & ratificata per ip-  
sum confessione, dimissus è carceribus cum decreto de  
quo in processu. Ad quæ omnia cum ex parte ipsius di-  
catur contra ius & iustitiam deuentum, exhibito pro-  
cessu, queritur quid iuris.

SANCTISSIME TRINITATIS præsidio iuocato, vi-  
so ipso processu, videretur prima facie ipsum D. B. nō ha-  
bere causam cōquerēdi, cum omnia cōtra ipsum legitime  
& seruatis scrupuldis facta uideātur ex ifrascriptis. Pri-

A mo, quia

# ET PRAEMISSA OMNIA

pro ueritate in iure, & in facto conclusa, dicta.  
Scripta sunt, in his quae pertinent ad an-  
glos, citra præiudicium eorum qui Catho-  
licam fidem tenent, & apostolica dog-  
mata, Sanctæq; Romanae Eccle-  
sie decreta, constitutiones, &  
placita sequuntur, ac ser-  
uant.



Venetijis apud Franciscum Ziletum. impensis authoris  
M. D. LXXIII.

